



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 12. Monstrorum Acheronticorum fœditas ho[r]rorem parit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

temtisq; Dei praeceptis obsequentes habuerit.  
 Evidem istam ego futuram aduersus Domini-  
 num contumeliosam opprobrationem, ac de-  
 decus, & insolentem hostis gloriationem, gra-  
 uiora longè esse statuo, quam ea, quæ sunt in  
 gehenna supplicia, materiam videlicet nos ad-  
 uersario Christi, gloriosius se se aduersus illum  
 efferendi extitisse, qui concilianda nobis causa  
 salutis & mortuus sit, & resurrexerit: cui  
 etiam vel hac gratia maiorem in modum debi-  
 tores sumus, sicut scriptum est.

## §. XII.

*Monstrorum Acheronticorum fœditas horro-  
 rem parit.*

Superest ergo, ut hæc monstra horrea-  
 mus, fugiamus, detestemur. Quod sancti  
 sanè tanto ardenter faciunt, quanto  
 censem clarius, sibi bonum esse adhærere  
 Deo. Nam & Sanctis appareat, ut in Iob,  
 in D. Ioanne, in Antonio, in Dunstano,  
 in Brunone Episcopo Herbipolensi, in ipso  
 Christo est demonstratum. Cum his velut  
 miles congressus est, ut ex certamine vi-  
 tores prodirent, tantoq; fierent illustri-  
 res, postquam vicissent. Alijs appareat Dei  
 beneficio, ut territi desinant peccare, & re-  
 fipiscant. Alios omnino deuorat, quibus

non

S. Gregorius  
l. 4. dial.  
cap. 38.

non in illorum, sed, ut D. Gregorius ait,  
ad solam utilitatem audientium eiuscmodi  
historias, adeo morituris. Ita à quia-  
ni puer, ita Chrysorio, ita Monacho hy-  
pocritæ visus est. De Chrysorio hæc habet.

Panore tetra eorum spirituum imaginis hue  
illucq; vertebar in lectulo, iacebat in sinistro  
latere, aspectum eorum ferre non poterat;  
vertebar ad parietem, ibi q; aderant. Cumq;  
constrictus nimis relaxari se iam posse despera-  
ret, cœpit magnis vocibus clamare: Indicias  
vel usq; manè, Indicias vel usq; manè. Sed  
cum hac clamaret, in ipsis vocibus de habita-  
culo sua carnis euulsus est. De quo nimis  
constat: quia pro nobis ista, non pro se viderit,  
ut eius visus nobis proficiat, quos adhuc diuina  
patientia longanimiter expectat. Nam illi te-  
tros spiritus ante mortem vidisse, & inducias  
petuisse, quid profuit, qui easdem inducias quas  
petit, non accepit? Quanquam igitur talia  
monstra videntibus nullum fructum affe-  
rant, afferunt tamen audientibus, & le-  
gentibus, in quem solum finem à Deo non  
minùs benignè, quam iustè contingere  
permitterentur; & tamen non in hunc  
solum finem permittuntur; quia sæpe talia  
aspicientes agnoscunt, quid meruerint, &  
auxilia

auxilia petunt, quæ priùs respuerunt. In quam rem sit vel vnicum hoc exemplum, quod Alexander ab Alexandro recenset. Ita enim loquitur.

## §. XIII.

*Vtile esse, ut subinde talia monstra terreat.  
peccatores.*

Alexand. Non est profectò fabulosum, quod apud  
ab Ale- sanctos viros autores memorant, ut cum te-  
xandro tris spiritibus, quos dæmones vocant, con-  
lib. 4. Ge- gressum habuerint, illosq; diuersis imaginibus,  
nial. dier. ac specie multiplici prope deluserint: Siquidem  
c. 19. nostra memoria id euenisse compertū est. Nuper  
amicus mens summus ingenio, & fide singulari-  
rem dictu admirabilem, hac prudentibus no-  
bis, sibi euenisse narravit: quod cum credi  
vix posset, multorum testimonio comprobauit:  
se, cum apud coniunctissimum & sibi familia-  
rem Neapolidinerteret, & noctis silentio cla-  
mantis de via, & vocem hominis auxilium  
implorantis audiriisset, cum accenso lumine ac-  
curisset, ut quid rei esset inquireret, ibi Da-  
monem, & dirum quoddam numen tetra &  
horribili specie confexisse, qui iuuenem quem-  
dam clamantem & reluctantem, in via in-  
festis manibus inuadere quarebat, quo con-  
fuso, cum miser ille ad ipsum, quem propè vidu-  
bae